Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sua malos autem foras miserunt. Sic erit in consummacione
seculi. Exibunt angeli et separabunt malos de me
dio iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit
fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia. Dicunt
ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno ce
lorum similis est homini patrifamilias qui profert de thesauro
suo nova et vetera. Sedium Matheum.

Illo tempore dixit dominus parabolam hanc. Simile est
regnum celorum decem virginibus que accipientes lam
pades suas exierunt obviam sponso et sponse. Quinque
autem ex eis erant fatue et quinque prudentes. Sed quinque
fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum.
prudentes uero acceperunt oleum in uasis suis cum lam
padibus. Morantem autem sponso dormitaue
runt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus
est. ecce sponsus uenit exite obviam ei. Tunc surrexerunt
omnes virgines ille et ornauerunt lampades suas. Fatue
autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo uestro.
quia lampades nostre extinguuntur. Respondent pruden
tes dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et uobis. ite po
tius ad uendentes et emite uobis. Dum autem irent emere
uenit sponsus. et que parate erant introierunt cum eo ad
nupcias et clausa est ianua. Nouissime uero uenerunt
et relique virgines dicentes. Domine domine aperi nobis. At ille
respondens ait. Amen dico uobis nescio uos. Vigila
te itaque quia nescitis diem neque horam. Iudica de ecce
Ioh in ciuitatem sanctam hierusalem. Ioh h. apli b. joh ap.
Quam de scendente de celo. ado patam sicut sponsa
ornatam uiro suo. Et audiui uocem magnam de th